



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

**Parisiis, 1644**

II. Vt nullus, nisi literatus, ad clericatum promoueatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15653**

ANNO  
CHRISTI  
1339.

hanc tamen constitutionem non intendimus prohibere, quin personæ, canonici & alii cathedralium & collegiatarum ecclesiarum, quarum dominium est temporale, beneficiati ac clerici in locis ipsis ecclesiæ commorantes, possint possessiones ipsas emere, & quouis alio titulo acquirere, easque ecclesiis cathedralibus, collegiatis & parochialibus suæ diocesis, aut vassallis ecclesiæ tantum in vita vendere, & in morte donare, relinquere, seu legare. Absolutio excommunicationis huiusmodi cōstitutionis, post satisfactionem condignam huius constitutionis, cuilibet episcopo in sua diocesi sit commissa.

## II.

Quia in constitutione recolendæ memoriæ domini fratris Guillelmi quondam episcopi Sabinensis in Castellæ & Legionensibus partibus apostolicæ sedis legati, quæ incipit, *Cum in personis*, continetur quod in personis ecclesiasticis ad sacros ordines & beneficia curam animarum habentia promouendis, idoneitas maior requiritur, & amplior desideratur peritia literarum; sitque ibi salubriter statutum, quod nullus clericus ad sacros ordines promoueat, nisi saltem literaliter sciat loqui: pari ratione sacro approbante Concilio statuimus, quod quam diu inueniatur, quod clericus qui literate sciat loqui, vel promotus ad sacerdotium, qui possit & velit in beneficio, cui cura imminet animarum, institui, episcopis dispensandi, vt is promoueatur ad sacros ordines & ad beneficium cum cura, qui literaliter nescit loqui, & illud eidem conferendi facultas, præterquam circa beneficiatos in ecclesiis cathedra-

*Concil. Tom. 29.*

Q ij

libus & collegiatis, sit penitus interdicta. Quod si fecus factum fuerit, sit irritum & inane. Insuper volumus, & districte præcipiendo mandamus, quod quilibet episcopus quotiescumque ordines habeat celebrare, \* tunc omnia promouendis coram se vocatis constitutionem dicti domini legati, quæ incipit, *Detestandam prælatorum auaritiam*, in Latino & vulgari faciat publicari.

ANNO  
CHRISTI  
1319.

\* f. ante  
omnia

## III.

In alia etiam constitutione eiusdem legati, quæ incipit, *Cathedrales ecclesiæ*, statutum est vt in qualibet cathedrali vel collegiata ecclesia aliqui clerici ex \* beneficiis apti & docibiles, iudicio episcopi vel prælati & capituli, saltem vnus ex decem de residētibus assumatur, qui ad studia generalia theologiæ & iuris canonici ac liberalium artium accedere compellatur. Quia nonnulli in executione huiusmodi constitutionis sunt remissi; volentes eorum negligentiam iuris executione suppleri, sacro approbante Concilio statuimus, vt si infra sex mensium spatium, iuxta constitutionem ipsam ad studia literarum mittere distulerint, extunc ea vice potestas eligendi & mittendi ad nos & successores nostros totaliter deuoluatur, consuetudinis vel statuti illius ecclesiæ obstaculo non obstante. IV.

\* f. be-  
neficiis

Cum vero in cōstitutione domini Ioannis quondam archiepiscopi Toletani prædecessoris nostri, quæ incipit, *Episcoporum negligentia*, contineatur, quod episcopi in casu, in quo fuerint legitime impediti, & cathedralium ecclesiarum capitula mittant ad Concilium procuratores idoneos de statu pro-